



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Practica Theologiae Mysticae

Gelen, Victor

Coloniae Agrippinae, 1652

Articulus Tertius. Quod sancti viatores experti sint rigidas illas spiritus & animae priuationes.

urn:nbn:de:hbz:466:1-9766

tur: Sanctus Thomas Apostolus lumine veritatis illustretur; Princeps Apostolorum Petrus in sede fidei collocetur; Sanctus Ioannes in ardenti fornace amoris diuini inflammetur; vas Electionis Paulus Apostolus in throno sapientiae sublimetur,] & demum Sanctus Pater noster Franciscus per sacra stigmata sui corporis, rotus in Christum Crucifixum transformetur; qui etiam electos suos per crucem ad gloriam deducit, vnde & consequenter dicitur,

Quod Sancti Viatores experti sint rigidas illas spiritus, & anime priuationes.

ARTICVLVS TERTIVS.

AD depurandum omne id, quod anima ex labe originalis iniustitiae contraxit, tam utilis, ac necessarius est mysticae priuationis rigor; vt ad proprii nihili cognitionem, & passionum, affectuumque subordinatam pulchritudinem acquirendam, vix aliud quippiam tam efficax inuenire liceat. vnde etiam legimus illos a Sanctos in istiusmodi priuationibus, & carentijs, diuinae actualis amicitiae, amplius excitatos fuisse; qui alios *b* in mysticis gratijs, excessisse, inueniuntur, illosque solos, vt potè magis singulares Dei amicos, decet; vnde & consequenter dicitur.

Quod in Sanctis huius vitae, mystici raptus, Ecstases, visiones, miracula, & similes gratiae gratis datae, non imitanda, sed reuerenda sint.

a Tau. Instit. b sup. Dec. 1. a. 8. c Iob. c. 1. & 2. d 1. p. Dec. 4. a. 2. e S. Aug. ser. 10. de verb. Dom. f S. Thom. 1. 2. q. 28. a. 5. c.

ARTICVLVS QVARTVS.

QVadam *c* die cum venissent filij Dei, vt assisterent coram Domino, affuit inter illos etiam Satan: nec quidquam hodie tam sanctum, tamque diuinum facile inuenias, cui non aliqua Dæmonis fraus in sceleratis hominibus adstare velit. hinc videas quosdam viros, frequentius autem iuuenes, & annosas *d* mulierculas, naturæ, & Satanæ dolis astutas, in ecstases, & raptus abire, visiones, seu potius malitiosas spiritus compositiones aspicere; & mira quaedam peragere; quo vel apud homines sanctitatis opinionem venentur, vel veris Sanctorum miraculis, & mysticis gratijs, malignanter illudant. quibus, cum dæmonijs consortibus suis illisotibus reiectis, mysticos signanter incipientes, & proficientes commonemus; ne vquam quantumcunq; in mystica gratia profecisse videantur, sibi ad imitationem statuant Sanctorum raptus, Ecstases, visiones, miracula, aliasue similes gratias; dicente Domino, discite à me quia mitis sum, & humilis corde: discite, inquam, à me [non *e* mundum fabricare, non cuncta visibilia, & inuisibilia creare, non in ipso mundo mirabilia facere, & mortuos resuscitare, sed quoniam mitis sum, & humilis corde.]

Et licet in Sacratissimo Salvatore Domino nostro, eiusque Gloriosissima Virgine MARIA, nullum raptum, vel Ecstasin ponamus; eo quod, loquendo [generaliter *f* propter excessum immuta-

tionis